UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XCVVII. De tentatione qua Deus teneatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

ſtineri: licet neſciant aliam reddere rationem, quare has conditiones, quæ uanæ ſunt, obſeruant, niſi quia ſic acceperunt a maioribus. Difficile eſt enim confutare, duod ſeniorum traditione, & authoritate firmatum, uulgares acceperunt. Non ſunt tamen hæc extédenda: ſed prudenter declaranda, ubi fructus ſperatur, ne deteriora eueniant. Videntur. n. hæc ſic ſimplici corde ex deuotione facta, ualde imfecte ſuperſtitionem ſapere. Sicut mendacium iocoſum imperfectum eſt in genere peccati in proximũ.

In lib. 50. Hom. Ho. 26. ante medium, to. 10.

¶ 2 Præt. Verba ſacra non minus operantur in corporibus hominum, quàm in corporibus ſerpẽtum, & aliorum animalium: ſed incantationes quandam efficaciã habent ad reprimendum ſerpentes, uel ad ſanandum quædam alia animalia, unde dicitur in Pſal. 57. Sicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet uocem incantantium, & ueneſici incantantis ſapienter. ergo licet ſuſpendere ſacra uerba ad remedium hominum.

¶ 3 Præt. Verbum Dei non eſt minoris ſanctitatis, quàm reliquiæ ſanctorum. unde Aug.* dicit, ꝙ non minus eſt uerbum Dei, quã corpus Chriſti: ſed reliquias ſanctorum licet homini collo ſuſpẽdere, uel qualitercumque portare ad ſuam protectionem. ergo pari ratione licet homini uerbo, uel ſcripto, uerba ſacræ ſcripturę ad ſuam tutelam aſſumere.

Homi. 43. in Matt. in opere imperfecto a medio illius to. 2.

Sed contra eſt, qđ Chryſo.* dicit ſuper Matth. Quidam aliquã partem Euangelii ſcriptã circa collũ portant: ſed nonne quotidie Euangeliũ in Eccleſia legitur, ut audiatur ab omnibus? Cui ergo in auribus H poſita Euãgelia nihil proſunt, quõ poſſunt eũ circa collum ſuſpenſa ſaluare? Deinde ubi eſt uirtus Euangelii? In figuris literarum, an in intellectu ſenſuum? Si in figuris, bene circa collum ſuſpendis. Si in intellectu, ergo melius in corde poſita proſunt, quàm circa collum ſuſpenſa.

Respon. Dicendum, ꝙ in omnibus incantationibus, uel ſcripturis ſuſpenſis duo cauenda uidentur. Primo quidem, quid ſit quod profertur, uel ſcribitur: quia ſi eſt aliquid ad inuocationes dæmonũ pertinens, manifeſte eſt ſuperſtitioſum, & illicitum. Similiter etiam uidetur eſſe cauendum, ſi contineat ignota nomina: ne ſub illis aliquid illicitum lateat. Vnde Chryſ.* dicit ſuper Matth. ꝙ Phariſæorum I magnificantium fimbrias ſuas exemplo, nunc multi aliqua nomina hebraica angelorum, confingunt, & ſcribunt, & alligant: quæ non intelligentibus metuenda uidentur. Eſt ẽt cauendum ne aliquid falſitatis contineat: quia ſic eius effectus non poſſet expectari a Deo, qui non eſt teſtis falſitatis. Deinde cauẽdum eſt ſecundò, ne cum uerbis ſacris contineãtur aliqua uana, puta, aliqui characteres inſcripti pręter ſignum crucis. Aut ſi ſpes habeatur in modo ſcribẽdi, aut ligandi, aut in quacumque huiuſmodi uanitate, quæ ad diuinam reuerentiam non pertineant: quia hoc iudicaretur ſuperſtitioſum, alias autem eſt K licitum. Vnde in Decretis* dicitur 26. q. 5. c. Non liceat chriſtianis &c. nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales ſunt, aliquas obſeruationes, aut incantationes licet attendere, niſi tantum cum ſymbolo diuino, aut dominica oratione, ut tantum creator & Deus omnium adoretur, & honoretur.

Homil. 43. in opere imperfecto, a medio, tom. 2.

26. q. 5. cap. Non liceat

Ad primum ergo dicendum, quòd etiam proferre diuina uerba, aut inuocare diuinum nomen, ſi reſpectus habeatur ſolum ad Dei reuerẽtiam, a qua expectatur effectus, licitum erit. Si uerò habeatur reſpectus ad aliquid aliud uane obſeruatum, illicitum erit.

Ad secundum dicẽdum, quòd etiam in incantationibus ſerpentum, uel quorumcunque animalium, ſi reſpectus habeatur ſolum ad uerba ſacra,

F & ad uirtutem diuinam, non erit ill... rumque tales incantationes haben... tias, & per tales dæmones ſortiuntur... cipue in ſerpentibus: quia ſerpens fu... monis inſtrumentum ad hominem... Vnde dicit* gloſ. ibidem. Notandum... datur a ſcriptura, undecumque d... ſimilitudo, ut patet de iniquo indice... uiduam uix audiuit.

Ad tertium dicendum, quod... ratio eſt de portatione reliquiarum... ex fiducia Dei, & ſanctorum, quorum... non erit illicitum. Si autem * circa hoc... aliquid aliud uanum, puta, quod uas... re, aut aliquid aliud huiuſmodi, quo... ret ad reuerentiam Dei, & ſanctorum,... G tioſum, & illicitum.

Ad quartum dicendum, quod... tur quando reſpectus habetur mag... ptas, quàm ad uerborum intellectum.

Qvaestio XCVII.

De Tentatione Dei, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde cõſiderãdum eſt de uitiis religiõi oppoſitis per religiõis defectũ, quæ manifeſtam habent contrarietatem ad religionem, unde ſub irreligioſitate continentur. Hmõi aũt ſunt ea, quæ pertinent ad contemptum, ſiue ad irreuerentiam Dei, & rerũ ſacrarum. Primò ergo conſiderandum eſt de uitiis, q̃ pertinent directe ad irreuerentiã Dei. Secundò, de his quæ ptinent ad irreuerentiã ſacrarum rerum.

¶ Circa primum conſiderãdũ occurit de tentatione, qua Deus tentatur: & de periurio, in quo nomẽ Dei irreuerenter aſſumitur.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, In quo conſiſtit Dei tẽtatio.

¶ Secundò, Vtrum ſit peccatum.

¶ Tertiò, Cui uirtuti opponatur.

¶ Quartò, De comparatione eius ad alia uitia.

Articvlvs primvs.

Vtrum Dei tentatio conſiſtat in aliquibus factis, in quibus ſolius diuinæ poteſtatis expectatur effectus.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd tentatio Dei non conſiſtat in aliquibus fa... ctis, in quibus ſolius diuinæ poteſtatis expectatur effectus. Sicut... n. Deus tentatur ab hoĩe, ita ẽt hõ... tentatur & a Deo, & ab hoĩe, & a dæmone: ſed nõ qualitercumque... tentatur homo, expectatur aliq... effectus poteſtatis ipſius. ergo ẽt... neq; p hoc ꝙ Deꝰ tẽtatur, expecta... tur ſolꝰ effectus poteſtatis ipſius.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mundo, dolores iliacos, ulcera &c. quę patiuntur, ſuſcipiunt libenter, & utuntur eis ut inſtrumentis diuinitus ſibi conceſſis ad carnis ſubiectionem, & mortificationem, & ad Ieſu Chriſti paſsionis participationem: & ideo reſpuunt medicinā, & ęgre ferrent ſi ſiliis dilectionis ſignum hoc perderēt, ſanitatem recuperando. Sed hi licet infirmentur in carne, fortiſſimi ſunt ad ſpiritualia, ita ut nihil magis uideantur quādoque habere.

¶2 Præt. Omnes illi per inuocationem diuini nominis miracula operantur, expectant aliquem effectum ſolius diuinæ poteſtatis. Si ergo in factis huiuſmodi conſiſteret diuina tentatio, quicumque miracula facerent, Deum tentarent.

¶3 Prętet. Ad perfectionē hominis pertinere uidetur, ut prætermisſis humanis auxiliis in ſolo Deo ſpē ponat. unde Amb.*ſup illud Lucæ 9. Nihil tuleritis in uia &c. dicit. Qualis debeat eſſe, qui euangelizat regnum Dei, præceptis euangelicis deſignatur, hoc eſt, ut ſubſidii ſęcularis adminicula non reqrat, fideiq; totus inhærens putet, quo minus iſta requiret, magis poſſe ſuppetere. & beata Agatha dixit: Medicinā corporalem corpori meo nunquam exhibui: ſed habeo Dominum Ieſum Chriſtum, qui ſolo ſermone reſtaurat uniuerſa: ſed Dei tentatio non cōſiſtit in eo quod ad perfectionem pertinet. ergo Dei tentatio non conſiſtit in huiuſmodi factis, in quibus expectatur ſolum Dei auxilium.

Sed contra eſt, qđ Augu.*dicit 22. contra Fauſtum, ꝙ Chriſtus qui palam docendo & arguendo, & tamen inimicorum rabiem ualere in ſe aliqd non ſinendo, Dei demonſtrabat poteſtatem: idem tamen fugiendo & latendo hominis inſtruebat infirmitatem, ne Deum tētare audeat, quando hēt, qđ faciat, uel quod cauere oportet, euadet. Ex quo uidetur in hoc Dei tentationem conſiſtere, qñ præmittit homo facere quod poteſt ad pericula euadenda, reſpiciens ſolum ad auxilium diuinum.

Respondeo. Dicendum, ꝙ tentare eſt proprie experimentum ſumere de eo, qui tentatur. Sumimus autem experimentum de aliquo & uerbis, & factis. Verbis quidem, ut experiamur an ſciat qđ quærimus, uel poſſit, aut uelit illud implere. Factis autem cum per ea quę facimus, exploramus alterius prudentiam, uel uoluntatem, uel poteſtatem. Vtrūque autem horum contingit dupliciter. Vno quidē modo, aperte: ſicut cùm quis tentatorem ſe profitetur, ſicut Samſon Iudi. 14. propoſuit Philiſtæis problema ad eos tentandum. Alio uerò modo inſidioſe & occulte: ſicut Phariſæi tentauerunt Chriſtum, ut legitur Matth. 22. Rurſus quādoque quidem expreſſe, puta, cùm quis dicto, uel facto intendit experimentum ſumere de aliquo. Quandoque uerò interpretatiue, quando ſ. etſi hoc non intendat ut experimentum ſumat, id tamen agit, uel dicit quod ad nihil aliud uidetur ordinabile, niſi ad experimentū ſumendum. Sic ergo homo tentat Deum quandoq; uerbis, qñque factis. Verbis quidem Deo colloqmur orando. Vñ in ſua petitione expreſſe aliquis Deum tentat, quando ea intentione aliquid a Deo poſtulat, ut exploret Dei ſcientiam, poteſtatem, uel uoluntē. Factis aūt expreſſe aliquis Deum tentat, quando per ea quę facit, intendit experimentū ſumere diuinæ poteſtatis, ſiue pietatis, atque ſcientiæ: ſed quaſi interpretatiue Deū tentat, qui etſi nō intendit experimentū de Deo ſumere, aliquid tamē petit, uel facit quod ad nihil aliud eſt utile, niſi ad ꝓbādā Dei poteſtatē, uel bonitatē, uel cognitionē: ſicut cū qs equū currere facit ut euadat hoſtes, hoc non eſt experimētū đ equo ſumere: ſed ſi equū currere faciat abſq; aliqua vtilitate, hoc nihil aliud eē uidetur, q̃ experimentum ſumere de equi uelocitate: & idem eſt in omnibus aliis rebus. Quando ergo propter aliquam neceſſitatem, ſeu utilitatem committit ſe aliquis diuino auxilio in ſuis petitionibus, vel factis, hoc non eſt Deum tentare. Dicitur. n. in 2. Parilipomenon 20. Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Quando uerò hoc agitur abſque utilitate, & neceſſitate, hoc eſt interpretatiue tentate Deum. Vnde ſup illud Deut. 6. Non tentabis dominum Deum tuum, dicit glo. Deum tentat, qui habens quod faciat, ſine ratione committit ſe periculo, experiens utrum poſſit liberari a Deo.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ homo etiam quandoque factis tentatur, utrum poſſit, vel ſciat, uel uelit huiuſmodi factis auxilium, uel impedimentum præſtare.

Ad secvndvm Dicendum, quòd ſancti ſuis precib. miracula facientes, ex aliqua neceſſitate, uel utilitate mouent ad petēdum diuinæ ptātis effectū.

Ad tertivm dicendum, ꝙ prædicatores regni Dei ex magna neceſſitate, & utilitate ſubſidia temporalia prætermittunt, ut uerbo Dei expeditius uacent. & ideo ſi ſoli Deo innitantur, non ex hoc tentant Deum: ſed ſi abſque utilitate, uel neceſſitate humana ſubſidia deſererent, tentarent Deū. Vnde & Au. dicit 22.* contra Fauſtum, ꝙ Paulus non fugit quaſi non credendo in Deum, ſed ne Deū tētaret, ſi fugere noluiſſet, cū ſic fugere potuiſſet. Beata uero Agatha experta erat erga ſe diuinā beneuolētiā. ut uel infirmitates nō pateretur, ꝓ quib. corporali medicina indigeret, uel ſtatī ſētiret diuinæ ſanationis effectū. Li. 22. c. 36. a med. to. 6.

Articvlvs II.

Vtrum tentare Deum ſit peccatum.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ tētare Deum non ſit peccatum. Deus enim nō præcepit aliquod peccatum, p̄cepit autem ut homines eum probēt, qđ ē eū tentare. dicitur enim Malach. 3. Inferte omnē decimā in horreum meum, ut ſit cib. in domo mea, & probate me ſuper hoc dicit Dominus. ſi nō aperuero uobis cataractas cœli. ergo uidetur quòd tentare Deum non ſit peccatum.

¶2 Præt. Sicut aliquis tentatur ad hoc quod experientia ſumatur de ſcientia, uel potentia eius, ita ēt & de bonitate, & uoluntate ipſius: ſed licitum eſt quòd aliquis experimentum ſumat diuinę bonitatis, ſiue etiam uoluntatis: dicitur enim in Pſalm. 33. Guſtate, & uidete, quoniam ſuauis eſt dominus. Et ad Roma. 12. Vt probetis quæ ſit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta: ergo tentare Deū non eſt peccatum.

¶3 Præt. Nullus uituperat̄ in Scriptura ex eo, ꝙ à peccato ceſſat: ſed magis ſi peccatum committit. Vituperatur autem Achaz, qui domino dicēte: Pete tibi ſignū a domino Deo tuo, rñdit. Nō petā, &

¶ Super quſt. nonageſimeſeptimę articulum ſecundum.

In articulo 2. eiuſdem 97. q. iunge doctrinam in calce articuli traditam rationi poſitæ in corpore eiuſdem, & uide, quòd cùm in Deo ſint tria, poſſe, ſcire, & uelle, & tentare Deum ignorantiam, uel dubitationem malam claudat, conſequens eſt quòd ſi q̧d eſt, quòd licet dubitare de Deo, hoc extra tentationem Dei ſit, ſi cum debitis circunſtantiis fiat. Et quoniam de Dei uoluntate, quid circa aliquid particulare uelit, neſcimus, licitum eſt, ſi neceſſitas, aut utilitas cum debitis adſit circunſtantiis, ꝑ ſignum inſtructionē a Deo petere. De Dei potentia autem, ſcientia, & ueritate dicti diuini, & aliis q̃ ad Dei perfectionē, & excellentiam ſpectant, dubitare non licet. Et propterea uelle hæc explorare, peccatum eſt. Et ſcito quòd ad primum modum, ſ. inſtructionis, ſpectat, ſi quis dubitat, an reuelans, 1. q. 12. art. 2. cor.

aut promittens ſit Deus. Vnde Iudicum ſexto laudatur a gloſa Gedeon, quando primo explorare uoluit, an eſſet angelus lucis, qui ei apparuit. Et ſimiliter ſi dubitet, an ſit promiſſio abſolute, an ſecũdũ merita ſecundarum cauſarum, quando hoc expedit ſcire. De utroque enim horũ licitum eſt dubitare: & humiliter petere ſignum pro opportuna inſtructione, nullum peccatum eſt.

non tentabo Dominum. Et dictũ F eſt ei. Nunquid parum eſt uobis moleſtos eſſe hominib⁹, quia moleſti eſtis & Deo meo? ut dicitur Iſa. 7. De Abraham autem legitur Gene. 15. ꝙ dixit ad Dominum. Vnde ſcire poſſum ꝙ poſſeſſurus ſim eam, ſ. terram repromiſſam a Deo? Similiter etiam Gedeon ſignum a Deo petiit de victoria repromiſſa, ut legitur Iudicium 6. qui tamen ex hoc non reprehenduntur. ergo tentare Deum non eſt peccatum.

SED CONTRA eſt, qđ prohi G betur in lege Dei. Dr̃. n. Deu. 6. Nõ tentabis dominum Deum tuum.

Art. præced. RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum * eſt, tentare eſt experimentum ſumere, nullus autem experimentum ſumit de eo, de quo eſt certus. Et ideo omnis tentatio ex aliqua ignorantia, uel dubitatione procedit, uel eius qui tentat, ſicut cum quis experimentum de aliqua re ſumit, vt eius qualitatem cognoſcat, ſiue aliorum, ſicut cum quis experimentũ de aliquo ſumit, ut aliis oſtendat, per quem modum Deus dicitur nos tentare. Ignorare autem, vel dubitare de his quę pertinent ad Dei perfectionẽ, eſt peccatum. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ tentare Deum ad H hoc, ꝙ ipſe tentans cognoſcat Dei uirtutem, eſt peccatum. Si quis autem ad hoc experimentum ſumat eorum, quę ad diuinam perfectionem pertinent, nõ ut ipſe cognoſcat, ſed ut aliis demonſtret, hoc non eſt tentare Deum, cùm ſubſit iuſta neceſſitas, ſeu pia utilitas, & alia quæ ad hoc concurrere debent. Sic. n. Apoſtoli petiuerunt a Domino, ut in nomine Ieſu Chriſti fierent ſigna, ut dicitur Actu. 4. ad hoc. ſ. ꝙ virtus Chriſti infidelibus manifeſtaretur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſolutio decima- q. 87. ar. 1. rum erat in lege præcepta, ut ſupra habitum * eſt. Vñ habebat neceſſitatem ex obligatione præcepti, & utilitatem quæ ibi dicitur, ut ſit cibus in domo mea: unde ſoluendo decimas non tentabant Deũ. Quod I autem ibidem ſubditur. Et probate me, non eſt intelligendum cauſaliter, quaſi ad hoc ſoluere deberent decimas, ut probarent ſi Deus aperiret eis cataractas cæli: ſed conſecutiue, quia. ſ. ſi decimas ſoluerent, experimento probaturi erant beneficia, quæ eis Deus conferret.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ duplex eſt cognitio diuinæ bonitatis, uel uoluntatis: Vna quidem ſpeculatiua: & quantum ad hanc non licet dubitare, nec probare utrum Dei uoluntas ſit bona, uel utrum Deus ſit ſuauis. Alia autem eſt cognitio diuinæ uoluntatis, ſiue bonitatis affectiua, ſiue experimentalis, dũ quis experitur in ſeipſo guſtũ diuinæ dulcedinis, K Cap. 2. par. 1. in fine. & complacentiam diuinæ uoluntatis, ſicut de Ierotheo dicit Dion. 2. c. de * diui. no. ꝙ didicit diuina ex compasſione ad ipſa: Et hoc mõ mouemur ut probemus Dei uoluntatem, guſtemus eius ſuauitatem.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ Deus uolebat ſignũ dare regi Achaz, non pro ipſo ſolũ, ſed pro toti populi inſtructione: & iõ reprehenditur quaſi impeditor communis boni, & ſalutis, ꝙ ſignum petere nolebat. Nec petendo tentaſſet Deũ, tum qa ex mandato Dei petiiſſet, tũ quia hoc ptinebat ad utilitatem communem: Abraham aũt ſignum petiit ex inſtinctu diuino, & ideo nõ peccauit. Gedeon uero ex debilitate fidei ſignum petiiſſe vr̃, & ideo a peccato non excuſatur, ſicut ibidem gloſſ. dicit. Sicut & Zacharias peccauit, dicens Lucæ 1. ad ang[...] hoc ſciam? Vnde & propter hanc [...] punitus fuit. Sciendum tamen quod [...] quis ſignum petit a Deo. Vno modo [...] dam diuinam poteſtatem, aut ueri[...] & hoc de ſe pertinet ad Dei tentation[...] do, ad hoc quòd inſtruatur, quid ſit c[...] ctum placitum Deo: & hoc nullo mo[...] Dei tentationem.

ARTICVLVS III.

Vtrum tentatio Dei opponatur uirtuti religionis.

AD TERTIVM ſic procedit. Videtur, ꝙ tentatio Dei nõ opponatur uirturi religionis. Tẽtatio. n. Dei habet rationẽ peccati ex hoc, ꝙ hõ de Deo dubitat, ut dictũ * ẽ: ſed dubitare de Deo pti net ad peccatum infidelitatis, qđ opponitur fidei. ergo tentatio Dei magis opponitur fidei quã religioni.

¶ 2 Præt. Eccl. 18. dicitur. Ante orationem prępara animam tuã, & noli eſſe quaſi homo qui tentat H Deũ. Vbi dicit * gl. interlinearis, qui. ſ. tentans Deum orat qđ docuit: ſed non facit quod iuſſit: ſed h[...] præſumptionem, quæ opponitur ſpe[...] quòd tentatio Dei ſit peccatum oppo[...]

¶ 3 Pręt. Super illud Pſal. 77. Et tenta[...] cordibus ſuis, dicit * glo. ꝙ tentare De[...] poſtulare, ut in uerbis ſit ſimplicitas, [...] malitia: ſed dolus opponitur uirtuti [...] tentatio Dei non opponitur religion[...]

SED CONTRA eſt, ꝙ ſicut ex prædi[...] tur, tentare Deum eſt inordinate po[...] bito modo poſtulare eſt actus religio[...] I bitum * eſt. ergo tentare Deum eſt pecca[...] ni oppoſitum.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut [...] ctis * patet, finis religionis eſt, Deo reu[...] hibere: unde omnia illa quæ directe per[...] reuerentiam Dei, religioni opponun[...] ſtum eſt autem, quòd tentare aliquem [...] tiam eius pertinet. Nullus enim pr[...] eum, de cuius excellentia certus eſt [...] ſtum eſt, quòd tẽtare Deum eſt pecca[...] oppoſitum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ [...] ctum * eſt, ad religionem pertinet pro[...] per aliqua ſigna ad diuinam reuerenti[...] K Et ideo ad irreligioſitatem pertinet, ꝙ [...] dine fidei homo aliqua faciat, quę ad [...] uerentiam pertinent, cuiuſmodi eſt [...] & ideo eſt irreligioſitatis ſpecies.

AD SECVNDVM dicendum, quòd [...] te orationem animam ſuam non præpa[...] tendo ſiquid aduerſum aliquem hab[...] deuotionem ſe non diſponendo, n[...] in ſe eſt, ut exaudiatur a Deo: & [...] terpretatiue tentat Deum. Et q[...] di interpretatiua tentatio uide[...] ptione, ſeu indiſcretione prouen[...] ſum ad irreuerentiam Dei pertin[...] ptuoſe, & ſine debita diligentia [...]

¶ Super quæſt. nonageſimæſeptimæ articulum quartum.

IN articulo quarto, tertio, & ſecundo, ſimul dubium occurrit, An tentare Deum ſit ſemper peccatum mortale. Et eſt ratio dubij, quia in articulo tertio ponitur, quòd tentare Deum eſt contra diuinã excellẽtiam, & in art. 4. comparatur ſecundũ grauitatem idolatriæ. Conſtat autẽ ꝙ hæc non dicuntur de peccatis venialibus: ergo eſt ſemper peccatum mortale. Ex alia parte obſtat, quia Zacharias pater Ioannis Baptiſtæ peccauit tentando Deum, & tamen non mortaliter. Et ſimiliter Gedeon, vt in litera dicitur, peccauit petendo ſignum in vellere, & tamẽ tunc eſt exauditus, & in catalogo ſanctorum ponitur ad Hebr. 11.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ tentare Deum ex ſuo genere eſt peccatum mortale, quoniam cõtrariatur diuinæ excellentiæ, & ex illius dubitatione procedit, vt in litera dicitur. Propter imperfectionem tamen actus pluries interuenit aliqualis Dei tentatio abſque mortali peccato: ſicut etiam in quolibet genere peccati inuenitur aliquid veniale propter imperfectionem actus. Vnde Zacharias, licet peccauerit petendo ſignum, non niſi venialiter tamen peccauit, vt etiam pœna temporalis cum amplitudine Spiritusſancti cõpleta pœnã teſtatur: & peccatum ei⁹ fuit, quia non credidit verbis Angeli. Videns quippe Angelum, & audiens exauditam orationem ſuã pro ſalute populi, ac prope eſſe ſaluatorem Meſſiam, ita quòd ex eo, & vxore naſciturus erat ꝑcurſor eius, vt Helias, cùm ſciret ipſe ſacerdos ex ſcriptura tẽpus Meſſiæ adeſſe, non plene credidit ſe generaturum præcurſorem. Itaque motus ex cauſis ſecundis, ſcilicet ex naturali impoſſibilitate generationis ex ſene & ſterili etiam in ſenectute, non plene credidit iſta annunciari a Deo per Angelũ ſanctũ, quamuis opinaretur, ꝙ ille eſſet Angelus ſanctus. Et propter hãc fidei debilitatem petebat ſignum ut firmiter adhæreret, ſine qua firma adhæſione non credimus proprie loquendo. In cuius ſignum Angelus ſtatim reſpondit, Ego ſum Gabriel, & miſſus ſum &c. Hæc autem infirmitas fidei non fuit de potentia, neque de excellentia, neque de prouidentia diuina, neque de ueritate diuini dicti, ſed de nuntio Dei, ſuper ſtua tamen: quia ex circunſtantiis, & dictis, & quia nihil ei mãdabatur agendũ cum aliquo periculo, debebat firmare iudicium ſuum, quo ſibi uidebatur nunti⁹ Dei eſſe, & conſequẽter credere omnia futura: & ideo fuit uenialis. Gedeon uerò a quibuſdam excuſatur tamquam ex familiaritate diuina petierit illa duo ſigna in uellere. Et poſſet forte excuſari, quòd pro ampliori Dei gloria manifeſtanda exercitui, cùm eſſet nouus dux, non exploratiue, ſed deprecatiue cum humilitate pro maiori ſua gloria Deus hæc ſigna propalanda faceret. Si tamen uerbis ſolis literæ ſtandum eſt, ubi non allegatur cauſa ulla, niſi conditionalis de uictoria, cuius prius certificationem per Angelum habuerat, cum authore dicendum uidetur, ꝙ non excuſatur a peccato: ueniale tamen illud puto fuiſſe, quia per modum humilis deprecationis infirmitatem fidei ſuæ adiuuandam petiit conſolatione ſignorum, licet crederet, quod prius didicerat ab Angelo. Quaſi fuerit tunc Gedeon diſpoſitus eo modo, quo fideles firmiter perſiſtentes in fide, ſunt diſpoſiti quando tẽtantur intrinſecus de fide. Ita quod imperfectio actus, quaſi uacillandi, ex quo proceſſit humilis ſupplicatio, infra uenialiũ latitudinem retinuit actum tentationis. Et per hæc patet reſponſio ad obiecta.

Ar. 1. & 2.

In corp. ar.

Deum pertinent. dicitur. n. 1. Petri 5. Humiliamini ſub potẽti manu Dei. & ſecunde ad Timot. 2. Solicite cura teipſum probabilẽ exhibere Deo. Vnde huiuſmodi tẽtatio, irreligioſitatis ſpecies eſt.

Ad tertium dicẽdum, ꝙ in cõparatione ad Deum, qui nouit cordis abſcõdita, non dicitur aliquis doloſe poſtulare, ſed per reſpectum ad homines: unde dolus per accidens ſe habet ad tentationem Dei: & propter hoc non oportet, quòd tentatio Dei directe opponatur ueritati.

Articvlvs IIII.

Vtrum tentatio Dei ſit grauius peccatum, quàm ſuperſtitio.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd tentatio Dei ſit grauius peccatum quàm ſuperſtitio. Maior. n. pœna ꝑ maiori peccato infertur: ſed grauius eſt punitum in Iudæis peccatum tentationis Dei, quàm peccatum idolatriæ, quod tamen eſt præcipuum inter ſuperſtitiones: quia pro peccato idolatriæ interfecti sũt ex eis viginti tria millia hominum, vt legitur Exo. 32. pro peccato autem tentationis omnes vniuerſaliter in deſerto perierunt, terram promiſſionis non intrantes, ſecundum illud Pſal. 94. Tentauerunt me patres veſtri. & poſtea ſubditur, Quib. iuraui in ira mea; ſi introibunt in requiem meam: ergo tentare Deũ eſt grauius peccatum, quàm ſuperſtitio.

¶ 2 Præt. Tãtò aliquod peccatum vr̃ eſſe grauius, quãtò magis virtuti opponit̃: ſed irreligioſitas, cuius ſpecies eſt tentatio Dei, magis opponitur virtuti religionis, q̃ ſuperſtitio, quæ hẽt aliquam ſimilitudinẽ cũ ipſa: ergo tentatio Dei eſt grauius peccatũ, q̃ ſuperſtitio.

¶ 3 Pręt. Maius peccatum vr̃ eſſe irreuerenter ſe hr̃e ad parentes, q̃ reuerentiam parentibus debitam alijs exhibere: ſed Deus eſt honorandus a nobis ſicut omnium pater, vt dicitur Malach. 1. ergo maius peccatum eſſe videtur tẽtatio Dei, per quam irreuerẽter nos habem⁹ ad Deum, quàm idolatria, per quam reuerentia Deo debita, exhibetur creaturę.

Sed contra eſt, quod ſuper illud Deut. 17. Cùm reperti fuerint apud te, &c. dicit * gl. Lex errorẽ, & idolatriam maxime deteſtatur. Maximum enim eſt ſcelus honorẽ creatoris impendere creaturę.

Respon. Dicendum, quod in peccatis quæ religioni aduerſantur, tantò aliquod grauius eſt, quãtò magis diuinę reuerentiæ aduerſatur: cui quidem minus aduerſatur, quòd aliquis de diuina excellentia dubitet, quàm ꝙ contrariũ per certitudinem ſentiat. Sicut. n. magis eſt infidelis, qui in errore confirmatus eſt, quàm qui de ueritate fidei dubitat: ita etiam magis contra Dei reuerentiam agit, qui ſuo facto proteſtatur errorẽ contra diuinam excellentiam, q̃ qui proteſtatur dubitationem. Superſtitioſus autem proteſtatur errorem, ut ex dictis patet. Ille autẽ qui tẽtat Deum uerbis, uel factis, proteſtatur dubitationem de diuina excellẽtia, ut dictũ * eſt. Et iõ grauius eſt peccatum ſuperſtitionis, q̃ peccatum tentationis Dei.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ peccatum idolatriæ non fuit punitum illa pœna, quaſi ſufficiẽti: ſed in poſterum pro illo peccato grauior pœna reſeruabatur. Dicitur enim Exodi. 32. Ego autem in die ultionis uiſitabo hoc peccatum eorum.

Ad II. dicendum, quòd ſuperſtitio habet ſimilitudinem cũ religione, quantum ad materialẽ actum, quem exhibet, ſicut religio: ſed quantum ad finem, plus contrariatur ei, quã tentatio Dei, quia plus pertinet ad diuinam irreuerentiam, ut dictum * eſt.

Ad tertium dicẽdum, ꝙ de ratione diuinę excellentię eſt, quòd ſit ſingularis, & incommunicabilis: & ideo idem eſt contra diuinam reuerẽtiam agere aliqd, & diuinam reuerentiam alteri cõmunicare Non eſt autem ſimilis ratio de honore parentum, qui pōt ſine culpa, aliis cõmunicari.

Qvaestio XCVIII.

De Periurio, in quatuor articulos diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt de periurio.

Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum falſitas requiratur ad periurium.

¶ Secundò, vtrum periurium ſit ſemper peccatum.

¶ Tertiò, vtrũ ſit peccatũ mortale.

¶ Super quæſt nonageſimæoctauæ articulum primum.

IN ar. 1. q. 98. dubiũ occurrit, de eo qđ dicitur in corpore. Finis iuramenti eſt confirmatio dicti humani. Videtur enim hoc aduerſari primò ueritati: quia actus latrię, ut eſt iuramentum, non ordinatur